Differentia. xi. in iudicio super mamareth planetarum eleuantium cum fuerint equidistantes signo aquarii.
Postquam ergo premisimus in oria decima super mamareth planetarum eleuantium adiuuicem cum fuerint equidistantes signo capricorni. Tractemus ergo in hac oria significationes earum super illud cum fuerint equidistantes signo aquarii.
Sermo in mamareth saturni super planetas.





Et cū fuerit ♄ trāsies sup ♃ significat illud angustias q̄ adueniēt hoibus z sic-
 citatez in pluribus regionibus cūz superfluitate pluuiarū z paucitate aquarū z sic-
 citatez fluminū. Cum fuerit trāsies super marte significat illud uehementiā
 frigoris z caloris in suis temporibus. Cum fuerit trāsies super solem signi-
 ficat nimis casum mortis i mulieribus cūz sicccitate aeris. Cum fuerit trāsies
 super uenerem significat illud q̄ intrabit super reges pauor z timor: z forsitan mo-
 rietur rex babilonie cum paucitate pluuiarū.

Cūz fuerit trāsies super mercurium significat illud hoies vii peccato z precis
 pue in terra armenie in partibus montū: z bubones cadere z mortem in hoies: z
 mortem quorundam filiorum regum aut propinquorum cum superfluitate pluuiarū:
 z multis aquis: z uehementi frigore: z paucitate tonitruorum z coruscationū
 z corruptionez messium. Cum fuerit trāsies super lunam significat illud op-
 pressionem cadere in terra armenie cū paucitate pluuiarū z paucitate aquarū.

Sermo in mamareth planetarū super saturnū.

Et cum fuerit iupiter trāsies super saturnum significat illud bonum esse ci-
 uibus babilonie z herbofitatem earum: z herbofitatem plurium regionum cum
 superfluitate pluuiarū z multis n̄uibz z inundationibus fluminū z salute
 eorum. Cum fuerit mars trāsies super eum significat illud plurimum insul-
 eum inimicorum super terras arabum cum paucitate aquarū z incessatione
 pluuiarū. Cum fuerit sol trāsies super eum significat illud angus-
 tias cadere in terra armenie cum humiditate orizontis. Cum fuerit uenus tran-
 siens super eūz significat illud egritudines aduenire hoibus ex tussibus: z multas
 aquas cūz mediocritate fluminū. Cūz fuerit mercurius trāsies super eūz si-
 gnificat illud superfluitatez pluuiarū z multū gelū z augmentū aquarū in flu-
 minibus: z paucitatez tonitruorū z coruscationū: z augmentū messium. Cūz
 fuerit luna trāsies super eūz significat illud constrictionez cadere in terras ar-
 menie cūz multis humiditatibus z aquis.

Sermo in mamareth martis super planetas.



Et cum fuerit mars transiens super solem significat illud vehementiam caloris
z siccitatem aeris. Cum fuerit transiens super venerē signē illud morē aduentre ali
quibus matribus filioꝝ reguꝝ cū opprēssione que aduentret terre babilonie z pu
gnā arabum z angustias z multiplicabuntur locuste in terra eorum z in reliquis
regionibus z multiplicabitur siccitas z caristiam annone z paucitatē pluuiay cum
diminutione aquay. Cum fuerit transiens super ♀ signē illud cōgregationē ciuū
littoꝝ romanoꝝ z extrema eorū z facere guerraꝝ ciuibus babilonie: z nobiles eius
discordari z dispendi pecunias eorū z morē regis alhauuez: z nimia pugnā z guer
ras in pluribus climatibus: z quosdam captiuare alios cū nimia inozie in persias
z in terra montiuꝝ: z nimia rapacitatē lupoz: z caristia habentium onera ex bobus
z camelis z alijs cuz multa venatione: z paucitate pluuiay z humiditatum: z pau
citate aquarum in fluminibus: z caristia annone. Cum fuerit transiens super lu
nam significat paucitatē pluuiarum.

Sermo in mamareth planetarum super martē.

Et cum fuerit sol transiens super martē significat illud humiditatē aeris. Cum
fuerit venus transiens super eum significat illud cadere nimia combustionē in plu
res regiones cū eo qd ciues nigredinis facient guerraꝝ ciuibus montis: z cadet
mors in eos: z superfluitatē pluuiay: z multas locustas. Cum fuerit mercurius
transiens super eū significat illud multas humiditates: z cogitationē z morē cade
re in homines z combustionē pluriꝝ regionꝝ arabum z insulū inimici in eos cum
caristia azinoꝝ: z superfluitate pluuiay: z incessante ventozum flatu: z multis messi
bus. Et cum fuerit luna transiens super eum signē supfluitatē humiditatum.

Sermo in mamareth iouis super planetas.

Et cū fuerit iupiter trāsiens super martē significat illud ciues mōtium facere exercitū cōtra ciues babilonie z inimicos vincere plures regiones: z apparere gaudia z salutem z leticiā post illud cū paucitate pluuiarum z aquarū. Et cū fuerit trāsiens sup solē sīgt illud siccitatē aeris z tenebrositatē aduenire in orizonte cū superfluitate aquarum z multis piscibus z quod subillat ex aubus. Et cū fuerit trāsiēs super venerem sīgt illud p̄speritatē esse regi iherosolymorum: z dolores paucos aduenire in plures regiōes cū plurimis aquis z tenebrositate aeris. Et cum fuerit trāsiens super mercuriū significat illud regem superare inimicos suos z forsitan detrimentum patietur ipse p̄ manus eorū: z fortitudine seruentiū eius z plebis eius: z obedire ciues orientis z occidentis z meridiei: z cadere discipulū inter reges romanorū z inimicos eius: z mortē regis persie z destructionē maioris eius partis z multos terremotus z nubes cū superfluitate pluuiarū z vehemēti frigore. Cum fuerit trāsiens super ♃ significat illud multas humiditates.



Sermo in mamareth planetarum super iouē.

Et cum fuerit mars trāsiens sup iouē sīgt illud aduētū pecuniarū super regē babilonie: z mediocritatē aquarū z incrementū plantarū. Et cū fuerit sol trāsiēs super eum significat illud magnū infortunium quod consequetur rex babilonie unde appropinquabit mortī: z rex armenie incurret detrimentum: z interficient quidā regum filios suos: z accidet pluribus regionibus siccitas cū paucitate pluuiarum z detrimento aquarum z fluminum cū paucitate annonē z presertim in terra iherosolymorum z uest circa eā. Et cū fuerit ♃ trāsiēs sup eum sīgt illud interfectionē regis persarū destructionem etiā pluriū ciuitatū eius: z insultum regis babilonie super quosdā amicoz eius: z interfici quosdā filioz eius per gladiū z multā siccitatem z reges romanoz interficere quosdā propinquoz suoz cū superfluitate pluuiarum: z fortasse temperabuntur: z vehemētiā frigoris z augmentum fluminum z prosperitatem redditū z terremotus for. Et cum fuerit luna trāsiens super eum significat illud humiditates multas.


Sermo in mamareth solis super planetas.

Et cum fuerit sol transiens super venerem significat illud siccitatem aeris. Cum fuerit transiens super mercurium significat illud ciues albauey impugnare romanos cum incessante pluuia et prosperitatem reddituum et inundationibus fluminu. Cum fuerit transiens super lunam signat illud tonitrua et conuulsiones et fulmina fore.

Sermo in mamareth planetarum super sole. Et cum fuerit venus transiens super

significat illud humiditates fore. Et cum fuerit mercurius transiens super eum significat illud ciues romanorum facere guerram ciuibus eradie eius superfluitate pluiarum et incessante ventorum flatu. Cum fuerit luna transiens super eum significat illud conuulsionem fore et tonitrua.

Sermo in mamareth veneris super planetas.




Et cum fuerit venus transiens super mercurium significat illud romanos facere guerras ciuibus thurcorum et albauey cum mediocritate pluiarum et conuulsionem et tonitrua fore. Et cum fuerit transiens super lunam significat generationem humidaum.

Sermo in mamareth planetarum super venerem.

Et cum fuerit mercurius transiens super venerem significat illud thurcos facere guerram ciuibus partium eius superfluitate pluiarum et multitudinem tonitruorum et conuulsionum et inundationum et incrementum messium. Et cum fuerit luna transiens

fiens super euz significat illud superfluitatem pluuiarū z incessantē ventoz flatū.
Sermo in mamareth mercurij super planetas.



Cum fuerit mercurius transiēs sup lunam figē illud romanos facere guerram ciuibus eradic z paucitatem pluuiarum z incessantē ventoz flatū.


Sermo in mamareth planetaz sup mercuriū

Et cum fuerit luna transiēs super mercuriū significat illud ciues albauey im pugnare romanos z incessantem ventoz flatum. Postq̄ ergo vnimus super illud quod complere volumus. Compleamus ergo differentiam vndecimam.

Differentia duodecima in iudicio super mamareth planetarum eleuantū adinuicē cū fuerint equidistantes signo piscium.



Postq̄ ergo premisimus in differentia vndecima rememoracionem significationum planetarum eleuantium adinuicem cum fuerint equidistantes signo aquarij. Tractemus ergo in hac differentia significationes eorum ad instar illius cum fuerint equidistantes signo piscium.



Sermo in mamareth iouis super planetas.



¶ Et cum fuerit iupiter transiens super martē significat illud multam permutationem regis babylonie: et cōmoriari extra terrā suā: et ea facere sue plebi que perire neant ad laudē cum multa apparentia miraculorum et prodigioꝝ: et ventre pauore in homines cum salute et sospitate succedente ei et caliditate aeris et eius siccitatem.

¶ Cum fuerit transiens super solem significat illud siccitatē aeris. **¶** Et cum fuerit transiens super venerem significat illud communē salutē ciuibus regionuz: et mortē cadere impregnatas mulieres: et multos pisces et quod subtiliat ex aibus cum multitudine pluuiarum et vehemēti frigore. **¶** Cum fuerit transiens super lunaz significat illud paucitatē pluuiarum.

¶ Sermo in mamareth planetarum super iouē.

¶ Et cuz fuerit mars transiens super iouē significat illud inimicos facere guerram ciuibus babylonie et ciuibus montium: et apparentiam gaudij in pluribus regionibus: et contrarietatem propinquoꝝ propinquis eoz: et reges sese interficere: et dominationem mulierum super viros cuz superfluitate pluuiarum et multis conuersionibus. **¶** Et cum fuerit sol transiens super eū significat illud guerrā fore in terra almuzali et destructionē plurium eoz et prosperum esse eoz post illud et mortē mulierū et detrimentū volatiliū et presertim quod subtiliatur ex eis cum multis humiditatibus et messibus. **¶** Et cum fuerit mercurius transiens super eum significat illud interfectionem regis persie: aut interfectionem quorundā filioꝝ eius per gladius: et interficiet rex romanoꝝ habentium propinquitatem: et adueniet ciuibus persie terremotus: et multiplicabitur in babylonia siccitas et fames: et fortasse saltent ciues aldearum super ciues montium cum multis pluuijs et ventis et inundationibus magnis. **¶** Et cū fuerit luna transiens super eum significat superfluitatem pluuiarum et aquarum.

¶ Sermo in mamareth saturni super planetas.

¶ Et cum

Et cū fuerit saturnus transiens sup iouem significat illud mores aduenire in plura climata z in quietudinē inimicōz in babylo-
nia z mōtibz: z cadere discidiuz inter eos z paucitatez pisciū: z qđ subtiliat ex volatilibz sicut pas-
seres z his similia: z multas locu-
stas cū superfluitate pluuiarū z ni-
uiū z aquarū. Et cū fuerit trā-
siēs super martez significat illud
multos pisces z quod subtiliatur
ex volatilibz: cū vehemēti ca-
lore orizontis: z multitudinē plu-
uiarū cūz multitudine tonitruoz



z coruscationū. Cum fuerit trāsiens super O signū illud siccitatē orizontis cū pau-
ca eius humiditate. Cum fuerit trāsiens sup venere signū illud mores pregnatarū
ex mulieribus z precipue mulieribus regū cū superfluitate pluuiarū z multis toni-
truis z vehemēti frigore. Cūz fuerit trāsiens sup mercuriuz significat illud mul-
titudinē auiū z pisciū z inundationes fluminū z multas humiditates z tenebro-
sitate orizontis. Cum fuerit trāsiēs sup lunam signū illud paucitatez humiditatum
z aquarum.

¶ Sermo in mamareth planetarū super saturnū.

Et cum fuerit iupiter transiens super saturnū significat illud mortē regis baby-
lonie z sessionē filij sui post eū: z p̄spez esse ciuibz climatū: z forsitā cōsequetur ma-
ior pars eoz siccitatē z multos pisces z qđ subtiliatur ex volatilibz sicut passerēs
cū superfluitate pluuiarū. Cum fuerit mars transiens super eum significat illud
infortuniū in plura climata z multos pisces z qđ subtiliat ex auibz cū superfluita-
te pluuiarū z multis tonitruis z coruscationibus. Cum fuerit sol transiens super
eum significat illud humiditatē aeris. Cum fuerit venus transiens super eum si-
gnificat illud ciues armenie z montiū esse contrarios regi babylo-
nie cū vehemēti frigore z superfluitate pluuiarū z multas coruscationes z tonitrua. Cum fuerit
mercurius transiens super eū significat illud regem romanorū facere guerrā ciui-
bus partis orientis z paucitatez volatiliū z detrimentū aquarū z incessantē ven-
toz flatuz cū superfluitate pluuiarū. Cūz fuerit luna transiens super eū significat
illud abozsum pregnatarū: z paucitatez messium z superfluitate pluuiarū z mul-
tas humiditates.

¶ Sermo in mamareth ♂ super planetas.

¶




Et cum fuerit ♀ transiens super ☉ significat illud siccitatē acris. **Et cū fuerit transiens super ♀** significat illud prosperitatem partium regionum: et multum homines vti inquisitione benedozantium: et multos pisces: et quod subtiliatur ex aubus sicut passerēs. **Cum fuerit transiens super ♀** significat illud deponi regem violenter a loco suo: et aduenire multa inco moda: et romanos facere guerram ciuibus babilonie et impugnare eos cum eo q̄ aggregabunt romani extrema sua super ripas maris: et pestes aduenire medicis et interfectionem: et multam venationem et herbo sitatem in parte occidentis cum superfluitate pluuiarum: et mediocritate aquarum in fluminibus et maribus: et caritiam annone. **Cum fuerit transiens super ☽** significat illud mortem regis babilonie: et nobiles eius discordare: et pecunias eorum dispendi: et mortem quorundam regum: et mortem cadere in persia et terram montium: et multam rapacitatē luporum: et valore habentium onera exibus et camelis et alijs cum paucitate pluuiarum.

Sermo in mamareth planetarum super ♀.

Et cum ☉ fuerit transiens super ♀ significat illud superfluitatē pluuiarum et toturua et choruscationes fore. **Cum fuerit ♀ transiens super eum** significat illud mortē regis babilonie: et multā mortē in homines: et superfluitatem pluuiarum et aquarum. **Cum fuerit ♀ transiens super eum** significat illud mortem regis babilonie: et multā mortem in hominibus: et superfluitatē pluuiarum: et romanos impugnare ciues babilonie et eos destruere plures eorum regiones: et ciues babilonie seferficere et ponere sese in manus eorum ad mortem: et multam heresim et incredulitatem: et mortem in homines: et nimia filiationem: et caritiam asinorum: et mortem ouium: et multas messes: et superfluitatem pluuiarum et ventorum. **Cum fuerit ☽ transiens super eum** significat illud multas humiditates.

Sermo in mamareth ☉ super planetas.



Et cum fuerit ☿ transiens super ♀ significat illud siccitatē aeris. Cum fuerit transiens sup ♀ significat illud multa volatilia z pisces: z inundationes fluminuz: z mediocritatem humiditatis. Cum fuerit transiens super ☽ significat illud multas humiditates z tonitrua z choruscationes z fulmina generari.

Sermo in mamareth planetaz super ☉.

Et cū fuerit ♀ transiens sup euz sigē illud multas humiditates. Cū fuerit ♀ trāsies super eū sigē illud romanos facere guerrā ciuibus orientis: z quosdā re'ges interfici per regem: z paucitatem volatiliū z piscium: z superfluitatem pluuiaruz z incessantē ventozum flatū. Cum fuerit ☽ transiens super eum sigē multas humiditates z tonitrua z choruscationes.

Sermo in mamareth ♀ super planetas.

Et cum fuerit ♀ transiens super ♀ sigē illud prosperuz esse hoīuz: z iniusticiā iudicantiū z multos vaticinatores. Cū fuerit trāsies sup ☽ significat illud tranquillitatem aeris: z multos pisces: z qd subtilia tur de aibus cum multis pluuijs z tonitrua z choruscationes z humiditates generari.

Sermo in mamareth planetarum super ♀.

Et cū fuerit ♀ trāsies sup ♀ significat illud thurcos facere guerram ciuibus corastē: z accidet in quarta hyemali mors: z permutantur ciues albauēz ad orientem: z multiplicabitur mors in hominibus cum super-



nitatem pluiarum z incessante, ventorum flatu. Cum fuerit ♃ transiens super eum significat superfluitatem pluiarum z humiditatus.

¶ Sermo in mamareth ♄ super planetas.

¶ Et cum fuerit ♄ transiens super ♃ significat romanos facere guerram ciuibus orientis: z detrimentum aquarum: z paucitatem humiditatum.

¶ Sermo in mamareth planeta rum super ♄.

¶ Et cum fuerit ♃ transiens super ♄ significat illud multitudinem volatiliū z piscium: z superfluitatem pluiarum: z inundationū fluminum. Postq̄ ergo venimus ad id quod narrare volumus. Cōpleamus ergo differētiā duodecimam extractu sexto s̄m q̄ est complementum eius.

¶ In nomine domini misericordis z p̄tractatus septimus in qualitate scientie signi profectionis aut alicuius ascendētis reuolutionum annalium cum conuenit aliquid eorum fore in domo aliqua ex domibus aliquorum situum ascendētium in ceptionum premissarum de quibus superius fecimus mentionem: verbi gratia. In in ceptione regni aut coniunctionum scilicet magnozū mediocriū z minorū: aut fuerit directio: aut aliquid in diuiduozū superiorū ascendētium in ea scilicet domo: aut in partibus reuolubilibus super accidentia inferiora: z sūt differētie duodecim.



¶ f. dno

¶ domus .iij.
¶ m floribz



¶ Prima differētia in significacione signi profectionis aut ascendētis reuolutionis cum fuerit ascendens alicuius in ceptionum precedētū aut signi cōiunctionis aut directio aut aliquid in diuiduozū superiorū fuerit in eo: aut in ascendente reuolutionis super accidentia inferiora. ¶ Differētia secunda in significacione scēe domus ad instar illius. ¶ Tertia differētia in significacione domus tertie ad instar illius. ¶ Quarta differētia in significacione domus quarte ad instar illius. ¶ Quinta differētia in significacione domus quinte ad instar illius. ¶ Differētia sexta in significacione sexte domus ad instar illius. ¶ Differētia septima in significacione septime domus ad instar illius. ¶ Octaua differētia in significacione octaue domus ad instar illius. ¶ Nona differētia in significacione none domus ad instar illius. ¶ Decima differētia in significacione decime domus ad instar illius. ¶ Undecima differētia in significacione vndecime domus ad instar illius. ¶ Duodecima differētia in significacione domus duodecime ad instar illius.


¶ Secunda prima in significacione signi profectionis aut ascendētis reuolutionis cū fuerit ascēs alicuius in ceptionū precedētū: aut signi cōiunctionis: aut directio: aut aliquid superiorū in diuiduozū fuerit in eo: aut in ascēte reuolutionis super accidentia inferiora.

Cum ergo eueniet vt signum profectionis: aut ascendens reuolutionis sit prima
 bonus in ceptionu precedentium: aut sit sign in coniunctionis: aut fuerint dire
 ctiones in ea reuolutione fm q narrauimus significat q apparebit in regionibus
 quarz significationes illius sunt signi bonitas victus z in ceptionum in operibus
 z renouatur res z complementu earum z augmentu earum: z vsus dialectice reho
 rice z cognitio scientiaz: z multitudo vsus super comestiones z potationes z con
 uentiones: z emptionem z venditione: z q maior concupiscentia eoz est ex coloribus
 permixto nigro. Deinde considerabis eius diem z iudica fm qualitatem loci
 sui in seipso z ex orbe. **Q** si fuerit in eo multum bonum in illo anno. **Q** si fuerit
 coniunctio sedens in eo significat oppressionem plebis: z pestes generari z egritu
 dines: z destructione plurium regionum: z paucitatem pluuariu z precipue in pri
 mo anno.



Et cum fuerit h sedens in eo z sit bone dispositionis significat illud q erit res
 bone mansuetudinis z prouidentie in pecunijs plebis: z eos obedientes ei cu ma
 gna fama z nomine. **C**um fuerit male dispositionis significat multa iracundiaz
 z retentione ire z fraudis eius: z vehementiam sue cupiditatis z malicia z auaricia
 eius: z paucitatem laudis eius z nominis eius: z paucitate sensu z fortune eius
 cum nocimento z destructione pecuniaraz quod consequetur in illo anno. **C**uz
Sedens in eo z fuerit bone dispositionis significat multos census regis z bonam
 voluntate eius z bona fiducia z gaudium eius: z facilitatem morum eius: z salute
 hominu in illo anno. **S**i fuerit male dispositionis significat illud debilitate cor
 poris eius: z paucitatem constantie eius super res quibus vicitur cum eo in iusticia
 z quod reuelabitur p istud. **E**t si f fuerit sedens in eo z fuerit bone dispositio
 nis significat salute regis z bonitate. **S**i fuerit male dispositionis significat illud
 duricie cordis eius z grossiciem: z cita vindicta eius: z paucitatem constantie eius
 super res: z casum eius a sede sua: z discopertionem eius: z multitudinem inimic

eorum eius cum effusione sanguinum.



CEt si \odot fuerit sedens in eo et fuerit boni esse significat illud iusticiam regis et honestatem. **C**Si fuerit mali esse significat contrarium illius. **C**Et si fuerit $\text{\textcircled{F}}$ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat illud multum gaudium hominum: et bona fiduciam eorum. **C**Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium illius. **C**Et si fuerit $\text{\textcircled{F}}$ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat illud bonum esse iudicium et mercature. **C**Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium eius. **C**Et si fuerit $\text{\textcircled{D}}$ sedens in eo sitque bone dispositionis significat prosperitatem rerum plebis in oibus partibus suis. **C**Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad id quod narrare voluimus. **C**ompleamus ergo differentiam primam.

CDifferentia secunda in significatione secunde domus a dinstar illius.




Ratque premissimus in dicta prima rememoratione signonum ascendens cum fuerit secundum illud quod narrauimus. **T**ractemus ergo in hac dicta rememoratione significationu secundum domus secundum illud. **D**icamus itaque quod cum contingit ut sit signi perfectionis: aut ascendens revolutionis secundum aliquarum inceptuorum precedentiu in eo: aut in secundo revolutionis significat quod apparebit in regionibus quarum significationes sunt illius signi multa venditio et emptio et sublimitas et acquisitio censuum et congregatio eorum cum repositione eorum cum ipsis: et multa restrictio que fiet inter hoies propter causas eorum cum multo cogitatu futuro: et plurimum concupiscentie eorum ex coloribus erunt in viriditate. **D**einde considera dominum eius et iudicabis ei secundum quantitatem loci sui in seipso et orbe. **Q**ui si fuerit in ascendente significat multum lucrum hominum in censibus: et multum argentum et aurum.

CSi fuerit coniunctio sedens in eo significat illud malum esse plebis & victimum eorum. & vincere super eos ignorantiam & paucitatem voluntatis in scientijs & niam mortem cadere in illo anno in nobiles & altos. **C**Si fuerit h sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat regem exercere iusticiam in principio rei suae & eum permutari post medietatem vite sue ad usuram & diuersitatem eius cum quo inceperat. **C**Et si fuerit male dispositionis significat illud inquisitionem pecuniarum & dissipationem earum & dispensationem earum in bellis: & contrarietatem militum eius ei & eos odio habere eum & vehementiam quas incurrit in plebe sua cum vehementi pauore & paucitate ventorum. **C**Et si fuerit iupiter sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat mercatores multum lucrari. Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius.



CSi mars fuerit sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat illud prosperum esse & multitudinem eorum. Si fuerit male dispositionis significat valorem eorum & mortem habentium vngues. **C**Et si sol fuerit sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat illud regem congregare pecunias. Si fuerit male dispositionis significat contrarium illius. **C**Et si fuerit venus sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat honorem sapientum & scientie & prosperum esse regis & multitudinem dactorum & valorem eorum. Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. **C**Et si fuerit mercurius sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat honorem sapientum & scientie. Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. **C**Et si luna fuerit sedens in eo & fuerit bone dispositionis significat illud apparentiam boni in plebe. Si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud quod narrare volumus. **C**ompleamus igitur differentiam secundam tractatus septimi.

CDifferentia tertia in significatione tertie domus ad instar illius.



Ostendit igitur premissimus in differentia secunda rememoraciones secundae domus sicut quod premissimus. Tractemus ergo in hac differentia significationes tertie domus sicut illud. **D**icamus itaque quod quando contingit ut sit signus profectionis aut ascendens revolutionis tertium alicuius in ceptionum aut coniunctionum aut directio aut aliquod in diu duorum sedens in eo aut in tertio revolutionis significat illud quod apparebit in regionibus quarum significationes sunt illius signi: multum benefacere homines parentibus suis et precipue mulieribus suis et multa itinera que facient exercere equitatem et mansuetudinem et ponderositatem et intel-

ctus et apparentiam cogitationis in arte theologie et prophetarum et cogitationibus et considerationibus infidelibus et in scientia legum: et multas diuersitates et contrarietatem in eis: et quod maior cupiditas eorum ex coloribus erit ad ceteritatem.

CDeinde considera dominum eius et iudicabis ex eo sicut quantitatem loci sui in se ipso ex orbe quod si fuerit sedens in ascendente significat multa itinera et mutationes. Et si coniunctio fuerit sedens in eo significat illud fortitudinem et dispositiones regis et eum dissipare census et destruere domos orationis in anno tertio. **C**Et si saturnus fuerit sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat illud prosperum esse regis et eum exercere remissionem in plebe sua et bonam honestationem eorum et bonum intellectum eorum: et eos premittere deceptiones in omnibus ex operibus suis cum multa consideratione in rebus regni. Si fuerit male dispositionis significat illud vehementer reges participare ceratis et visitare eos et multas permutationes et itinera eorum. **C**Et si fuerit iupiter sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat illud fortunatum esse mercatorum. Si fuerit male dispositionis significat illud eius contrarium.

CEt si et fuerit sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat illud nimiam societatem fore inter propinquos. Si fuerit male dispositionis significat multam alterationem fieri inter fratres et sorores et patres. **C**Et si sol fuerit sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat reges nimium frequentare super plebem. Et si fuerit male dispositionis significat eius contrarium. **C**Et si venus fuerit sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat paucitatem motus hominum. Et si fuerit male dispositiois



significat multa itinera aduenire hominibus ad inquisitionem scientiarum euz rebus iocoz. **¶** Et si fuerit mercurius sedens in eo z fuerit boni esse significat multa itinera hominum cum inquisitione scientiarum. Si fuerit male esse significat contrarium illius. **¶** Et si fuerit luna transiens in eo z fuerit bone dispositionis significat multa hominum itinera ad res boni. Si fuerit male dispositionis significat illud contrarium. Postq̄ ergo venimus ad id q̄ volumus. Compleamus ergo differentiam tertiam.

¶ Differentia quarta in significatione quarte domus ad instar illius. **¶** Postq̄ premisimus in differentia tertia rememoracionem significationum terte domus s̄m q̄ narrauimus. Tractemus itaq̄ in hac differentia rememoracionem significationum domus quarte s̄m illud. **¶** Dicamus ergo q̄ quando contingit vt sit signum profactionis: aut ascendens reuolutionis quartuz alicuius inceptionum precedentium aut coniunctionum aut directio aut aliquod indiduoꝝ sedens in eo aut in q̄to reuolutiois siḡ illud q̄ apparebit in regionib⁹ quartuz significationes sunt illius signi: cupiditates z fabricaciones ecclesiarum z vsurpatio terraruz z hereditaruz z absconionuz censuuz mobiliorum z paucum motuz z nimiam prouidentia in his que succedunt z in morte z perditione z causis ei⁹: z honorabuntur patres z senes: z q̄ maior concupiscentia eozū de coloribus erit in rubeo. **¶** Deinde considerabis dominum eius z iudicabis per eum s̄m quantitatem loci sui in suo esse ex orbe. **¶** Si fuerit sedens in ascendente significat angustiam que adueniet hominibus in fine anni. Et si coniunctio fuerit sedens in eo significat illud multas mutaciones z itinera z destructionem regionum z ciuitatum in pluribus climatibus in anno quarto.

¶ Si fuerit saturnus sedens in eo z fuerit bone dispositiois significat honestatem regū z blandicie eoz cū eo q̄ exercebūt mēdacia. Et si fuerit male dispositiois siḡ debilitatem regū quibusdā sentibus ex pro genie sua ex his q̄ sūt maiores in eis etate: z multas pestes aduenire pro genie eozum z participatione eo z angustiaz occurrere in carceratis. **¶** Et si iupiter fuerit sedens in eo significat illud fertilitate cibarioꝝ z anno ne. Et si fuerit male dispositiois siḡ caritiaz ei⁹ z p̄cipue si fuerit signū terrenū. **¶** Et si mars fuerit sedens in eo z fuerit bone dispositiois siḡ illud regem habere paucos inimicos z reparatione partū. Et si fuerit male dispositiois siḡ multos insurgētes nobles z insurgere in fine anni. **¶** Et si fuerit sol sedens in eo z fuerit bone dispositiois siḡ delectationem regum z gaudia eoz. Et si fuerit male dispositiois siḡ contrarium eius. **¶** Et si venus fuerit sedens in eo z fuerit bone dispositiois significat apparere homines in religione z oratione z inquisitione boni. Et si fuerit male dispositiois significat contrarium eius.



Et si fuerit mercurius sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat prosperitatem scriptorum et mercatorum in illo anno. Et si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. **Et** si fuerit luna sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat gaudium hominum. Et si fuerit male dispositionis significat angustiam hominum. Et quia auxiliante deo iam peruenimus ad illud quod narrare volumus. Compleamus ergo differentias quartam tractatus septimi.



Differentia quinta in significatione quinte domus ad instar illius.



Ratiq; igitur premisimus in differentia quarta rememoracionem significationum quarte domus quando fuerit secundum quod narrauimus: tractandum est itaq; in hac differentia significationes quinte domus secundum illud. **D**icamus itaq; quod quando accidit quod aut fit signum profectionis aut ascendens reuolutionis quinte alicuius in ceptionum aut conjunctionum aut directio aut aliquod in diu duorum sedens in eo: aut in quinto a reuolutione significat illud quod apparebit in regionibus quarum significationes sunt illius signi multa fornicatio et donatio et concupiscentia in mulieribus et in filijs et amicis: et gaudium et letitia et derisio et iocatio et consideratio in rebus antiquis et in fabricatione ciuitatum: et usurpatione reddituum et multa legatio nuntiorum: et quod maior concupiscentia eorum de coloribus erit in albedine. **D**einde considerabis dominum eius et iudicabis per eum secundum quantitate loci sui ex orbe. **D** si fuerit sedens in ascendente significat multitudinem filiorum in illo anno. Et si fuerit coniuncto sedens in eo significat multas pestes aduenire in filios et plantas et significat etiam quod multa climata comprehendet in illo anno. **S**i fuerit saturnus sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat multos filios regum et eos diligere plebem. Et si fuerit male dispositionis significat quod attribuet regnum et omnia sua filijs suis euz multa morte que erit i eis et in iuuenibus et pueris. **S**i fuerit ♃ sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat salutem pregnantarum in illo anno. Et si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. **E**t si fuerit sol sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat iocationem regum et gaudium eorum. Et si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. **E**t si fuerit venus sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat prosperum esse iuuenum et adolescentium. Et si fuerit male dispositionis significat contrarium eius. **E**t si fuerit mercurius sedens in eo et fuerit bone dispositionis significat multitudinem filiorum. Et si fuerit male dispositionis significat contrarium eius.

Et si fuerit luna sedens in eo z fuerit bone dispositionis significat multitudinem leticie hominū z fertilitatem annone. Et si fuerit male dispositionis significat eius contrariū. Postq̄ ergo venimus ad illud q̄ narrare volumus. Et pleamus ergo differentiam quā tam cum auxilio dei.

Oria sexta in significatione septe domus admittat illius.

Postq̄ ergo premisimus in oria quinta significationes gñre domus. Tractemus in hac oria significationes septe domus



sim illud idē. **D**icamus itaq̄ q̄ contingit vt sit signum profectionis aut ascensū reuolutionis sexta alicuius in ceptionū precedentū aut cōiunctionū: aut fuerit directio aut aliquod indiuiduoz sedens in eo aut in sexto reuolutionis significat illud q̄ apparebit in regionibus quarum significationes sunt illius signi heresis z declinare ad orationem ydolozum z his similia: z fauebit rez infirmozum z praurozum moy z seruos z seruientes z mulieres corruptas z egritudines z infirmitates z itinera: z fugere multos homines a locis suis z permutationē z fatigationes z labores z sodomiticos z inuidiaz cadere z susceptionē z amissionē in mercaturis z exitum super reges z exire ab obedientia z detrimentū z multitudinē captozum z super hoc q̄ maior cōcupiscētia eorum de coloribus erit in nigredine. **D**einde considerabis dñm eius z iudicabis p̄ eū iuxta qualitatē loci sui in orbe ex suo esse. **S**i fuerit sedens in ascendente siḡt multas egritudines. **S**i fuerit coniunctio in eo siḡt multas egritudines in anno sexto. **S**i fuerit h̄ sedens in eo z fuerit bone dispositionis siḡt reges diligere lucrū equoz z bestiaz. **S**i fuerit male dispositionis siḡt vilitatē in corpore suo z habebit filios ex ancillis z appropinquabit seruis z imberbibus masculis z corroborabit eos cū eo q̄ multū egrotabit z vilipēdetur a plebe sua z multa venena z nocumentum bestiis etiā prendit. **S**i fuerit sedens in eo z fuerit bone dispositionis significat prosperum esse hominū. **E**t si fuerit male dispositionis siḡt dolerē z febriē accidere hominibus. **S**i fuerit sedens in eo z fuerit bone dispositionis significat paucitatē egritudinū hoīum. **S**i fuerit male dispositionis significat dolores z febres accidere hominibus z egritudines occurrere hominibus z precipue pueris z illud propter vlcera z variola z morbillū z dolorem capitis. **S**i fuerit o sedens in eo z fuerit bone dispositionis significat gaudia regis. **S**i fuerit male dispositionis significat angustiam occurrere regi.



¶ Et si fuerit venus sedens in eo z fuerit bone dispositionis figt salutē hominū z sanitatē corporum suozū. Si fuerit male dispositionis figt egritudines aduenire ho minibus in naribus z faciebus suis. ¶ Et si fuerit mercurius sedens in eo z fuerit bone dispōnis figt sanitatē pueroz. Si fuerit male dispositionis figt egritudines ad uenire pueris in faciebus suis. ¶ Et si fuerit luna sedens in eo z fuerit bone dispo sitionis figt sanitatē in hoibus. Si fuerit male dispositionis figt multas infirmita tes que adueniunt hoibus ex obthalmia z dolore oculoꝝ. Postq̄ ergo venimus ad id q̄ volumus. Compleamus ergo differentiam sextā.

¶ Differentia septima in significatione septime domus ad instar illius.

Postq̄ ergo premisimus in d̄ria sexta significatiōes septe domus s̄m id q̄ nar rauimus. Tractemus ergo in hac d̄ria significatiōes domus septime s̄m il lud. ¶ Dicamus itaq; q̄ q̄i cōtingit vt sit signū profectionis aut ascendens reuolu tionis septimū alicuius inceptiōnū precedentium aut coniunctiōnū: aut directio: aut aliquod indiuiduozū sedens in eo aut in septimo reuolutionis significat illud q̄ apparebit in regionibus quaruz signiōes sunt illius signi multa dispensatio z concupiscētia in mulieribus z nuptijs z cōuiujs z priuatio propter illas res: z iter z mutatio z peregrinatio z casus quozundā hominū z eleuatio alioꝝ z multa alte ratio z negatio rerum z multa vituperatio hominū z interfectio hominū inter se z multitudo sagationū: z concupiscētia in venatione z emptione z venditione z multa cogitatio in morte z in rebus suis: z figt q̄ maior concupiscētia eoz de colo ribus erit in rebus quibus cōmiscetur parum nigredinis. ¶ Deinde cōsidera d̄riꝝ eius z ludicabis p̄ eum s̄m quantitatē loci sui in seipso q̄ si fuerit in ascendente si gnicat multas nuptias in illo anno. Si fuerit coniunctio sedens in eo significat oppressiōnē regum super plebem cū malicia esse eozum per illas causas z durare illud eleuans tempore annoꝝum a principio sue eleuationis. ¶ Et si fuerit saturnus sedens in eo z fuerit boni esse figt leuitatem regum erga plebem suaz z propinquat

tatem eorum ei z diligere eos. Et si fuerit mali esse significat impugnare eos z eum habere ipsoz z eos z capere regnū eorū z eum permutare de domo regni sui ad aliū locum: z pestes occurrere mulieribus regum: z eicient eas que fuerint sentiores ex eis.

¶ Et cum fuerit **W** sedens in eo: z fuerit boni esse significat reges nimium congregare pecunias z dispergere eas inutilitatibus z locis suis: z multitudinez dactiloꝝ: z bonū immedietate anni. Si fuerit mali esse significat multas regis angustias: z eum expendere z dissipare: z depressionem nominis eius: z erunt ei consiliarij pravi z infimi. **¶** Si fuerit **F** sedens in eo z fuerit boni esse signū illud prosperitatem hominum: z evitare destructionē. Si fuerit mali esse significat paucitatem timoris dei z multā fornicationē. **¶** Si **O** fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat bonitatem regi cum hominibus z attrahet eos sibi. Si fuerit male dispositionis significat occultationē regis ab hostibus hominibus. **¶** Si **Q** fuerit sedens in eo z fuerit boni esse signū prosperum esse multum z diuitum ex viris. Si fuerit mali esse significat eius contrariū. **¶** Si fuerit **R** sedens in eo z fuerit boni esse significat prosperitates hoīum. Si fuerit mali esse significat nimiam destructionem z fornicationem. **¶** Si **S** fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat multum coniugium. Si fuerit mali esse significat eius contrariū. Completa est oria septima.



¶ Differentia octava in significatione octave domus adinstar illius.



Restāz igitur premisimus in differentia septima rememoracionem significationū domus septime sūm q̄ narrauimus. Tractemus igitur in hac differentia significationes octave domus sūm illud. Dicamus itaq; q̄ q̄ contingit vt sit signum profectionis: aut ascendens reuolutionis octauū alicui⁹ in ceptionū precedētū aut cōiunctionū aut fuerit directio: aut aliquod indiuiduorum sedens in eo: aut in octauo reuolutionis significat illud q̄ apparebit in regionibus quarum significationes sunt illius signi multe egritudines: z mors: z potio venenoz: z interfectio: z considerare in rebus hoīū qui precesserint in hereditatibus: z acquisitionem in cēsis: z depositis: z custodiam pecuniarum: z dispositiones earū in rebus vtilibus z in custodia earum: z in paupertate z necessitate forti z crudelitate z quod speratur ex acquisitione est ex parte itineris z multa pigricia z quietudine z ingenijs z fraude z contraueria z frustra z bella z multā explorationem z multum timorem z constrictionem z dementiam z q̄ maior cupiditas eorum erit in coloribus ex nigredine. Deinde considerabis dominum eius z iudicabis per eum sūm quantitatē loci sui in suo esse de orbe. Si fuerit sedens in ascendente significat nimiaz mor-

tem in illo anno. Si fuerit conjunctio sedens in eo significat multam mortem in anno octauo.

CEt si fuerit h sedes in eo z fuerit boni esse significat paucitatem vite regis z bonam vitam eius. Si fuerit mali esse significat multas constrictiones z expensas eius z depressionem nominis eius: z erunt consiliarij eius ex infimis z prauis cum multa morte nobilium z ancillarum. **C**Si fuerit ♃ sedens in eo z fuerit boni esse significat longitudinem vite hominum. Si fuerit mali esse significat mortem hominum subito. **C**Si ♁ fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat salutem hominum in illo anno. Si fuerit mali esse significat egritudines calidas nocuas quibus multiplicabitur mors. **C**Si ☽ fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat diuturnitatem regum. Si fuerit mali esse significat mortem regum quando aspicit eum dominus oppositi. **C**Si ♀ fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat salutem hominum. Si fuerit mali esse significat nimiam mortem precipue in adolescentibus. **C**Si ♀ sedens in eo z fuerit boni esse significat salutem hominum z bestiarum. Si fuerit mali esse significat nimiam mortem aduenire pueris z asinis. **C**Si ☽ fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat paucitatem mortis. Si fuerit mali esse significat nimiam mortem. Postq̄ ergo venimus ad id quod volumus: cōpleamus differentiam octauam.



CDifferentia nona in significatione none domus adinstar illius.



Dicitur igitur premisimus in differentia octaua rememorationem significationum s̄m q̄ narrauimus. Tractemus ergo in hac differentia rememorationem significationum domus none s̄m illud. Dicamus itaq; q̄ quando contingit vt sit signus profectionis aut ascendens reuolutionis nonum alicuius inceptionum precedentium aut conjunctionum: aut fuerit directio aut aliquod individuorum sedens in eo aut in nono reuolutionis significat illud q̄ apparebit in regionibus quarum sunt significationes illius signi multe egritudines z mors z consideratio in scientijs diuinis z in esse prophetarum z legatorum z rumorum z religionis z heremitationis: z consideratio in scientijs astronomicis z philosophicis z ingenijs z operibus manualibus in iactationibus cum multis inuicibus z permutatione z validitate ventorum z quod maior conspicientia de coloribus erit in albedine. Deinde considera domum eius z iudicabis per eum s̄m quantitatem loci sui ex esse suo in orbe. Si fuerit in ascendente significat maliciam z peregrinationem z religionem. Si conjunctionio fuerit sedens in eo significat fortitudinem esse regis z eum dissipare

pecunias: z erit hoc plus in anno nono. **C**Si **H** fuerit sedes in eo z fuerit boni esse figt regem habere timorem dei z fore religiosum: z multa itinera fieri in causis ofo- nis: z habebit famā magni intellectus z consilij z perscrutationum sapiētie: z mul- tos eius nuncios ad partes euz augmento leuationum palmarum. Si fuerit mali esse significat permutationez eius z ruinā eius z multos inimicos eius z disfuncio- nem eius z accipere bellum per seipsum z asperitatez eius z magnitudinem eius. **C**Si **W** fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat multā peregrinationem. Si fuerit mali esse significat contrarium eius.



CEt si **F** fuerit sedens in eo z fuerit boni esse significat salutē hominum. Si fuerit mali esse figt multos latrones z abscisores viar. **C**Si **O** fuerit sedes in eo z fuerit boni esse figt paucitatem motus regis. Si fuerit mali esse figt maliciā in suo esse z corruptionez eius. **C**Si **Q** fuerit sedens in eo z fuerit boni esse figt prosperum esse multū. Si fuerit mali esse figt contrariū illius. **C**Si fuerit **R** sedens in eo z fuerit boni esse significat prosperitatē esse sapientū. Si fuerit mali esse significat contrariū eius in sapiētibz z astronomicis. **C**Si **I** fuerit sedes in eo z fuerit boni esse figt homines detegere honestatē z religionem z precipue si fuerit domus **W**. Si fuerit domus **Q** figt corruptionem legis. Si fuerit mali esse significat contrarium eius. Completa est differentia nona.

Differentia decima in significatione domus decime ad instar illius.



Post qz ergo premisimus in differentia nona rememorationē figtio- nū nonē domus **hm** qz narrauimus. Dicamus itaqz qz qñ cōtingit vt sit signum pfectionis aut ascendens reuolutionis decimū alti- cuius in ceptionū precedentū aut coniunctionū aut fuerit dire- ctio: aut fuerit aliquid indiuiduoz sedens in eo aut in .io. a reuo- luti: ne figt illud qz apparebit in regionibus quarum significatio- nes sunt illi? signi reges iudicātes z dñi z magnātes z famosi ab hoībz: z strēnui z audaces

